



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. XI. Præceptorum in eadem materia, ex eodem motivo proximo multiplicatio, nihil facit ad distinctionem specificam, vel numericam peccatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

delectatione, separatim à pollutione, ut patet ex dictis.

Qua ergo ratio nostrae Conclusionis? Respondet: quia per illum modum confitendi non explicatur peccatum commissum in specie & sigillatim. Quod sic ostendo: Cum soluta potest quis peccare graviter contra castitatem peccatis distinctae speciei, v. g. fornicatione & pollutione: ergo illa verba de quovis peccato ex illis verificari possunt: ergo neutrum determinatè declarat; ergo per illa poenitens non declarat peccata sua in specie & sigillatim, quod tamen necessarium esse docet Trident. sess. 14. c. 5. ut non semel vidimus.

Ex quo etiam constat, hæc verba non sufficere: *Habui tactus inhoneſtos cum personâ soluta*; nam illi tactus habent malitiam fornicationis, si dissonant ad fornicationem; malitiam pollutionis, si ad pollutionem &c. Ergo illa verba non explicant peccatum in specie & sigillatim: ergo non sufficiunt.

Nihilominus non desuerunt Recentiores, qui (teste Turriano de Poenit. q. 9. a. 2. disp. 29. dub. 2. ad 5. arg.) dicerent, non necessariò esse explicandam copulam. Fundamentum: quia non apparet specifica distinctio tactuum à copula; tactus quippe conjugatè pertinent ad adulterium, confanguineæ ad incestum, eodem modo, quo copula. Confirmatur: quia si differret specie, non satisfaceret poenitens confitendo copulam; sed deberet etiam explicare tactus antecedentes & consequentes, quod tamen communiter à Theologis negatur, ut suo loco videbimus.

Sed hæc fundamenta minus alta sunt ad imponendam molem tanti aedificii, contra communem DD. sententiam, & sensum communem poenitentium, qui non putant se satisfecisse, nisi declaraverint copulam.

Adeoque nec valeret hæc Confessio: *Commissi grave peccatum in materia simplicis fornicationis*; etenim verificari potest de solis tactibus, uti etiam de effectu efficaci vel inefficaci fornicationis, separatim ab actu externo, cum tamen constet actum externum esse explicandum. Nisi ergo per materiam simplicis fornicationis intellexeris ipsam copulam externam; existimo, per illa verba fornicatorem hæud sufficienter exprimere suum peccatum in specie ac sigillatim, estò tactus & copula haberent eandem specie malitiam; quia sunt peccata saltem numero distincta.

Et quamvis explicatà malitià copulae satis intelligatur malitià tactuum, qui ordinariè præcedunt & subsequuntur; attamen explicatà malitià tactuum; non sufficienter intelligitur peccatum copulae, quod sæpissimè solet abesse: & ideo oportet illud expressè declarare.

Post hæc scripta, prodiit Decretum Alex. VII. de quo alibi fecimus mentionem, in quo

ad minus tamquam scandalosa, damnatur & prohibetur hæc propositio: *Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: Commisi a un soluta grave peccatum contra Castitatem, non explicando copulam*. Igitur oportet expressè declarare copulam.

Si autem à me queritur; An etiam debeant expressè declarari in Confessione diversa præcepta, quæ unico actu poenitens violavit, v. g. non jejunavit vigiliam S. Matthæi, incidentem in Quatuor tempora; Non audivit Missam die Dominicâ, in qua erat Festum S. Joannis Baptistæ &c. An verò sufficiat dicere: *Violavi præceptum ieiunii: Non audivi Missam die Dominicâ &c.* Pro responsione instituitur

CONCLUSIO XI.

Præceptorum in eadem materia, ex eodem motivo proximo multiplicatio, nihil facit ad distinctionem specificam, vel numericam peccatorum.

Exordiar ab eo, quod facilius est & magis certum. Quando præcepta multiplicentur pure putè ratione multiplicis temporis, v. g. hodie Provincialis præcipit singulis mensibus confiteri; cras ipse idem, vel successor ejus in Provincialatu, repetit idem præceptum ex eodem motivo; hæc multiplicatio præceptorum, seu repetitio ejusdem præcepti, nihil omnino facit ad distinctionem specificam, vel numericam peccatorum; adeoque non est explicanda in Confessione, exemplo voti, cujus repetitio non inducit novam obligationem speciei, aut numero distinctam.

Ratio à priori est: quia illa repetitio præcepti non tam est novum præceptum, quam intimatio antiqui præcepti, seu renovatio memorie, quæ sicut fit à Legislatore, ita à quocumque alio privato homine possit fieri. Sicut ergo non induceret novam obligationem, si fieret à privato homine; pari ratione non inducit novam obligationem, etsi fiat à Legislatore, defectu scilicet voluntatis, vel etiam potestatis: non enim omnia potest, quæ vult, sed illa solum, quæ sunt in ædificationem subditorum; secus, quæ in destructionem. Porro multiplicatio illa obligationum ad eandem rem, ex eodem motivo, potius est in destructionem boni communis, quam in ædificationem, ut patebit ex dicendis. Cum ergo in hoc casu non sint verè multa præcepta sive speciei, sive numero; quid mirum, si illa

D d d d d 3 appa-

191. Concl. 10.

192. Turriano

193. Non videtur

194. Multiplicatio

Ratio à priori

apparens multiplicatio non multiplicet malitiam, vel saltem numericam?

195. An augeat malitiam?

Quinimodò, nec per se loquendo auget illam; veluti ex continuatione seu duratione ejusdem præcepti, quæ isti repetitioni æquivalet, non crescit obligatio per se loquendo, & per consequens nec malitia. Interim per accidens fieri posset, quod cresceret malitia ex repetitione mandati, si negligatur: quia licet non fiat contra plures volitiones Legillatoris vel momentis, tamen ipsæmet monitiones magis intendunt cognitionem subditi de ea prohibitionem, & sunt quasi quædam fræna contra peccatum. Jam autem quod quis plures habet rationes fugiendi aliquod peccatum, & perfectius cognoscit ejus malitiam, eò gravitius est istud non fugere. Hinc sæpè obici solet peccatoribus ad ponderandam gravitatem peccati, quod toties fuerint moniti, ne illud committerent. Utrumque sit de hac gravitate, certum est, eam non mutare speciem, aut numerum peccati, neque notabiliter aggravare intrâ eandem speciem; ideoque non necessariò explicandam esse in Confessione.

Major difficultas est, quando Superiores seu Legillatores sunt diversi tam materialiter, quàm formaliter, hoc est, ipsa divinitas seu potestas legislativa est diversa, Deus & homo; Rex, Episcopus, Pater, &c. Item, quando præcepta sunt de eadem re materialiter; sed ratio præcipiendi est diversa; ut quando præcipitur jejunium in Quadragesima, aut Quatuor Temporibus, & simul ob honorem alicujus Sancti, cujus est Vigilia.

196. Sola diversitas præcipientium non variat præceptum in specie, neque in numero. Probatio Lugonis,

Nostri & communis sententia est, diversitatem solam præcipientium non variare præceptum in specie, si ex eodem motivo proximo omnes præcipiant; neque in numero, quando omnes præcipiunt eundem planè individuum actum cum eisdem circumstantiis.

Rationem primæ partis assignat Logo disp. 16. n. 245. quia semper remanet res præcepta in eadem specie honestatis, v. g. furtum prohibitum à Deo & homine, semper erit in specie injustitiæ, quia motivum proximum prohibendi semper est eadem honestas justitiæ.

& Salas.

Utramque partem probat Salas tom. 2. in 1. 2. tract. 13. disp. 3. n. 9. quia talia præcepta non afferunt novam obligationem: alioquin repetendo, illa, multiplicaretur obligatio in infinitum. Probat II. Nam moraliter loquendo omnia illa præcepta idem censentur, ob identitatem materialem, & formalem objecti & circumstantiarum, & unum tantum est veluti explicatio & confirmatio alterius: ergo non afferunt novam obligationem, specie vel numero distinctam; aliàs concursus illorum præceptorum esset in Confessione explicandus (quod falsum est), & contra piorum & sapientium usum) ac proinde investigare quis

deberet illam diversitatem præceptorum, ut eam in Confessione explicaret, quod esset durissimum. Hæc ille.

Quapropter tamen si forte possent Superiores velle novam obligationem inducere; eundem non censetur velle, ita interpretantur eorum voluntatem communi sensu fidelium, ipsis non contradicentibus, cum tamen commodè possent contradicere.

Aliter ab Aliquibus probatur Conclusio, argumento desumpto à rebus physicis; videlicet, quia distinctio specifica vel numerica effectuum non attenditur penes causam efficientem, nam plures causæ efficientes possunt concurrere ad eundem numero effectum: jam autem præceptum se habet instar causæ efficientis; ergo præceptorum multiplicatio in eadem materia, ex eodem motivo proximo, nihil facit ad distinctionem specificam, vel numericam peccatorum.

Quinimodò (reponit Aliquis) multum facit: nam per ordinem ad legem definitur, & per consequens intrinsecè constituitur peccatum. Ergo per legem distinguitur: ergo ubi sunt plures leges, sunt plures malitiæ, saltem numero.

Respondeo dist. 1. Consequens: Per legem distinguitur peccatum ab omni illo, quod non est peccatum, concedo totum; per legem distinguitur unum peccatum specie vel numero ab alio, nego Consequentiam. Sicut enim non constituitur per legem in esse specifico vel numerico, sed tantum in esse generico peccati; ita nec per eandem distinguitur specie aut numero unum peccatum ab alio, sed genericè tantum ab omni alio, quod non est peccatum.

Ergo ubi sunt plures leges, sunt plures malitiæ, saltem numero, negatur Consequentia: quia malitiæ distinguuntur per objecta, vel per rectitudines, quibus privant. Cum igitur in casu proposito sit unum & idem objectum plurium legum, & eadem prorsus circumstantiæ; censetur etiam eadem malitia peccaminosa, cum sit eadem rectitudo, quæ privati neque enim ex diversis legibus oritur diversitas in actu rectitudo; sed hæc sumitur ex principiis intrinsicis, quæ (ut supponitur) sunt eadem sive unâ, sive pluribus legibus talis actus præcipiatur.

Audiamus Felicem de Peccatis c. 2. dist. 2. n. 9. Cum (inquit) peccata consistant in privatione, & privationes distinguantur penes formas, quibus privant; hinc est, ut non à præceptis sumant specificationem, sed à rectitudinibus, quarum sunt privationes. Ex quo patet, quod quamvis furtum prohibeatur lege naturali, divinâ & humanâ, sit unum in specie; nam est privatio unitus tantum virtutis, nempe justitiæ. Unde furtum rei sacræ, vel rei profanæ in loco sacro, est duplex peccatum,

tum, nempe cognitionem; nam eam habet. Hæc ille, c. §. Ex ista solutione

Arriaga cum 300. tum pro opposita sententia.

Vel ergo Felicitas constat ex Concl. qui Tract. de P. Si legislator intendit novam obligationem sæpè intendit rem præceptam non habeat alium, quod amicum, quod amicum virtutis, quæ antequam magis hominem (inquam) ita pro omnino, consti duplici specie, illius futuram du naturalem præceptum positivum. I. à P. Vazquez, & dist. 37. q. 1. mant, diversitatem veritatem peccati

Præter.

sed supra.

200. Obijctio.

Sed planè non probaveris ex illi diversam rectitudinem Scorus loco citati distinguit peccata specie in rebus rectitudinis Concl. 1. præsentem. Probo (inquirit) resultat diversitas sequens diversitas mana saltem speciei objectum harum furtum v. g. quod ergo tale furtum diversitas.

superior.

Respondeo: I. superioritates specificè distinguuntur, ac si specificè spectata actu voluntatis distincti actu voluntatis huiusmodi genere distinguuntur sunt præceptum obligent actum opus id est, quatenus objectum & motum

201. Instancia.

Inlabis: Legum sum motivum, & respicit diversum intendit rectitudinem humanam solam patet voluntatis, ergo & leges istarum etiam objectivè.

Deposito Peccati.

Respondet Felicitas extrinsecas, & sp

tum, nempe contra iustitiam, & contra Religionem; nam opponitur his duabus virtutibus. Hæc ille, citans pro se Scotum 2. dist. 37. §. Ex ista solutione. Et Quodlib. 18. §. Ex isto.

Vel ergo Felix errat (quod non, ut liquidò constat ex Concl. 1. hujus Sect.) vel Arriaga, qui Traçt. de Peccatis disp. 41. n. 17. sic ait: Si legislator intendat per suum præceptum novam obligationem inducere, ut non dubito eum sæpè intendere, etiamsi non extrahat rem præceptam ad aliam virtutem, seu etiamsi non habeat aliud objectum formale intrinsecum, quod amet, quàm honestatem ipsam virtutis, quæ ante erat; velit tamen præcepto suo magis homines ad eam quasi cogere: si (inquam) ita præceptum imponatur; iudico omnino, constitui eam rem præceptam in duplici specie, eoque casu transgressionem illius futuram duplex peccatum, unum contra naturale præceptum, alterum contra legislatoris positivum. In hac Conclusionem dissentio à P. Vazquez, & convenio cum Scoto, in 2. dist. 37. q. 1. & Aliis, qui absolute affirmant, diversitatem præceptorum causare diversitatem peccatorum. Hucusque Arriaga.

Sed planè non convenit cum Scoto, nisi probaveris ex illis diversis præceptis resulcare diversam rectitudinem in actu præcepto. Nam Scotus loco citato n. 9. manifestissime distinguit peccata specie & numero ex distinctione rectitudinum, ut latius deduximus Concl. 1. præsentis Sect. vide ibi dicta.

Probo (inquis) ex illis diversis præceptis resulcare diversas rectitudines, & per consequens diversas malitias: lex divina & humana saltem specie distinguuntur; ergo etiam objectum harum legum: sed objectum est furtum v. g. quod his legibus prohibetur; ergo tale furtum continet duas malitias specie diversas.

Respondet: Etsi Legislatores, eorumque superioritates specie, immò toto genere distinguuntur, ac similiter eorum præcepta subjective spectata (nam divinum consistit in actu voluntatis divinæ; humanum autem in actu voluntatis humanæ, qui actus plus quàm genere distinguuntur) equidem objective sunt præceptum omnino idem, quatenus prohibent actum oppositum uni tantùm virtuti, id est, quatenus singula versantur circa idem objectum & motivum intrinsecum.

Initabis: Legislator divinus habet diversum motivum, ac Legislator humanus, & respicit diversum finem specie: nam divinus intendit rectitudinem voluntatis subditorum, humanus solam pacem Reipublicæ: sed rectitudo voluntatis, & pax specie distinguuntur, ergo & leges istæ non solum subjective, sed etiam objective.

Respondet Felix supra n. 10. hos fines esse extrinsecos, & specificationem solum ex fine

intrinseco & proprio objecto sumi; qui finis in utroque Legislatore est idem, scilicet servare iustitiam & non efficere injustitiam: & sic furtum contra utrumque præceptum est ejusdem speciei, quia eidem virtuti opponitur.

Si inferas: Ergo cum una virtus non habeat nisi unicum finem & motivum; omnia peccata contra talem virtutem erunt ejusdem speciei, etiamsi sint contra diversos fines extrinsecos legis; quod patet esse falsum: nam occisio Clerici non solum est contra iustitiam, sed etiam contra Religionem; & tamen Religio est quid extrinsecum occisioni & objecto ejus, & per consequens est finis extrinsecus legis Ecclesiasticæ prohibentis occisionem Sacerdotis.

Respondet Felix supra n. 11. quòd licet Religio sit in hoc casu circumstantia respectu iustitiæ; tamen lex Ecclesiastica intuitu Religionis prohibet occisionem Sacerdotis; & ita motivum intrinsecum & finis respectu illius prohibitionis est Religio.

Sed contra: Etiam observatio pacis erit finis intrinsecus & motivum legis humanæ prohibentis furtum; & ita furtum habebit duplicem malitiam, alteram contra iustitiam, alteram contra concordiam & pacem; quod falsum est.

Respondet: discrimen esse: nam lex Ecclesiastica respicit homicidium Sacerdotis, quæ Sacerdotis, ut objectum, & per consequens, ut motivum intrinsecum, & finem talis operis: etiamsi sit circumstantia & accidens homicidii sic: at verò lex humana respicit, ut objectum & motivum intrinsecum, furtum, non quòd opponitur concordie seu paci, sed quatenus est contra iustitiam.

Patet: quia omnis lex humana ordinatur à Legislatore ad bonum commune sive ad pacem Reipublicæ. Ergo hæc pax non est finis particularis & intrinsecus legis humanæ, prohibentis furtum, veluti legis Ecclesiasticæ, prohibentis homicidium Sacerdotis, finis particularis & intrinsecus est Religio, quæ spectatur in hac lege, & non in omnibus aliis legibus Ecclesiasticis. Igitur hæc probatio oppositæ sententiæ, minoris est considerationis.

Nec multò majoris momenti sunt fundamenta Arriagæ, quòrum primum est: quia eo ipso, quòd per votum homo intendat se magis obligare; licet id non efficiat ex motivo novæ honestatis repertæ in Religione, sed solum antiquam amet; verè tamen obligatorius ideoque dum efficit contra illud, novam malitiam contrahit. Videtur autem idem omnino dicendum de præcepto. Hæc ille supra.

Sed non esse in omnibus idem dicendum de præcepto & voto, superius luculenter ostendimus. Atque ut in casu præsentis idem dicendum foret; liquet profectò, homines, re-

202. Secunda instantia,

Solvitur à Felice,

203. Tertia instantia,

Responsio,

204. Primum fundamentum Arriagæ,

Rejicitur,

novan-

novantes vota sua, communiter non intendere novam obligationem; & per consequens dum efficiunt contra illa, novam malitiam non contrahere. Ergo similiter Legislatores præcipientes eandem materiam, ex eodem motivo intrinseco, communiter non intendunt novam obligationem inducere, sed memoriam antiquæ obligationis renovare: & ideo qui contra illam efficit, non contrahit communiter duplicem malitiam sive specie, sive numero, quidquid sit de possibili.

De quo si à me quaritur, hæud equidem clarè video sufficientem rationem, iteratò præcipiendi eandem materiam, ex eodem motivo intrinseco, cum animo inducendi novam obligationem: & ideo, velit nolit Legislator, non inducitur nova obligatio, argumento cap. 2. dist. 4. ubi ex Ifid. lib. 5. Etymolog. hæc verba referuntur: *Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporis, conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.*

Alioquin non erit vera lex, sed potius iniquum hominis constitutum, juxta illud Divi Augustini lib. 19. de Civit. c. 21. *Quod iure fit, profectò iuste fit: quod autem fit iniuste: nec iure fieri potest. Non enim iura dicenda sunt vel putanda iniqua hominum constituta, cum illud etiam ipsi ins esse dicant, quod de iustitia fonte manaverit: falsumque esse, quod à quibusdam non rectè sententibus dicitur: id esse ius, quod ei, qui plus potest utile est.*

Dices cum Arriaga supra n. 18. (& est secundum ejus fundamentum) Legislator eo ipso quod rem aliquam præcipiat, ellò ea res non esset in aliqua materia virtutis, potest obligare ad illam, dummodò res sit aliqui licita: vel enim ad ostendendam suam vim legislativam id potest imperare. Quod claritùs intelligitur in prohibitione: potest enim Deus (si velit) etiam sub peccato mandare nihil omissionem actùs amoris, licet ea omisso non sit ex se in ulla specie virtutis, quin potius videatur virtuti quodammodò contraria. Si ergo rem, alioquin in se optimam, potest solum præceptum reddere malam; cur rem jam ex se malam, non poterit novo titulo reddere malam?

Certè malitia præcedens non impedit novam hanc; potius enim est illi valde conformis, quàm contraria: neque dici potest, esse eandem omnino; quia sicut non obedire Deo imperanti rem licitam, habet malitiam, & quæ non est contra præceptum aliquod naturale; ita malitia ea non est eadem cum illa, quam opus habet ex se contra eandem naturam rationalem: ergo sunt ibi duæ malitiæ.

Explico: Orate v. g. nullam habet ex se

malitiam contra naturam rationalem; si Deus orationem prohibeat, jam acquirit malitiam, non quidem contra rationem immediate, sed contra mandatum Dei: hujus autem conditionis non est illa malitia, quam habent alie res, quæ naturà suâ sunt malæ. Si ergo oratio ex se habuisset aliquam malitiam naturalem, certè altera, adveniens ex prohibitione accidentali Legislatoris, non esset ejusdem rationis cum priori, ut propterea deberet unicum tantum cum illa constituit: aliunde autem non est illi repugnans (ut ostendi) ergo & advenire poterit, & secundam constituit. Hucusque præfatus Auctor.

Respondeo; ostensionem potestatis legislativæ nequaquam sufficere ad justitiam, honestatem, & utilitatem legis: alioquin quilibet posset Superior pro libitu suo præcipere, cum illa ratio semper possit subesse. Igitur præter illam ostensionem necessaria est alia justitia, honestas & utilitas: quæ autem alia justitia, honestas & utilitas in multiplicatione illarum obligationum circa eandem materiam, ex eodem intrinseco motivo?

Immo maxima ex ea oritur inutilitas, scilicet multiplicatio peccatorum seu demeritorum, absque multiplicatione meritum. Nam subditi non multùm evitant illam multiplicationem, & vix aliquos reperies, qui non tam facillè transgredientur plura ista præcepta, quàm unicum; ac aliunde exercendo actum præceptum, non plus merentur (nisi fortè formaliter intenderent obedientiam) nisi obedientia habet suam bonitatem à re præcepta; non enim honestum est obedire Superiori præcipienti rem malam, sed rem bonam. Cum ergo res præcepta in nostro casu una sit tam materialiter, quàm formaliter; tam specie, quàm numero; etiam talis erit honestas obedientiæ, & per consequens meritum obedientiæ. Cur ergo erit duplex specie aut numero inhonestas; & per consequens demeritum? Non est justum.

Nihilominùs lubens admitto, Deum rem ex se alioqui bonam, ob causam rationabilem suo præcepto posse facere malam, v. g. prohibere actum amoris aut orationem; sed dico, non esse causam rationabilem multiplicandi obligationes circa eandem rem materialiter & formaliter.

Quando igitur nulla ex se est malitia in actu prohibito, neque ex natura rei potest inesse, censetur Legislator velle aliquam inducere, ergo ad minus malitiam inobedienciæ, oppositam bonitati obedientiæ, quæ ex illa lege reperitur in abstinentia ab illo actu. Sin autem actus est capax alterius malitiæ contra naturam rationalem, & antecedenter per legem prohibitus propter illam malitiam; censetur Legislator (idem, vel alius) prohibens eandem

205. An Legislator in casu proposito possit velle inducere novam obligationem.

cap. 2. dist. 4.

2. Aug.

206. Secundum fundamentum Arriagæ.

207.

211.

eundem actum, & id est, propter eandem malitiam velle inducere & numero; ceterum communem civium nociva bono censendum.

Quid igitur, si nondum tamen primum accipiet novam planè accipiet malitiam illa actus non esset quia non esset peccatum tendum docet Cor.

Ergo plures malitiam plura præcepta de se secundo motivo; negatio Ratio est, quia cantur penes prædistingua; sed sicut vis physicè distinctæ censentur, ita & quæ possent oriri distinctivè sumptis obedientiam constituta præcepta subsequente malitiam inobedienciæ inducunt; equidem ductam, non inducitur suo modo confirmantur; sicuti, secundum quando sumuntur, niunt gratiam proferunt, si per speciem ductam.

Contra (iniquum superadditum divini malitiam inobedienciæ contra obedientiam contra Deum & contra hominem.) Hinc Arriaga ejus fundamentum & plurimum transgredietur virtualiter in eo peccato reperta, sive solum contenti questione per questionem de non contemneret, dudiversas, juxta ergo cum in haecipientes specie distam seu majorem diversas malitias ejus præcepti. Hinc Sed in primis, est specie diversa, obligatio est non 1. & tamen non

209. Quid si accipiat ex se sit malus, non tamen prohibitus?

210. Objicitur.

210. Objicitur.

Primum fundamentum Arriagæ.

211. Respondetur.

eundem actum, ex eodem intrinseco motivo, id est, propter eandem malitiam, eandem malitiam velle inducere, eandem (inquam) specie & numero; cum hæc sit sufficientissima ad communem civium utilitatem, & alia potius nociva bono communi civium, ut antea ostendimus.

Quid igitur, si actus quidem in se malus, nondum tamen prohibitus; numquid per legem accipiet novam malitiam? Respondeo: plane accipiet malitiam inobedientiae, sine qua ille actus non esset declarandus in Confessione; quia non esset peccatum, quod solum confitendum docet Concil. Trident. sess. 14. c. 5. Ergo plures malitiae inobedientiae, ubi sunt plura praecepta de eadem re ex eodem intrinseco motivo; negatur Consequentia.

Ratio est, quia inobedientiae non multiplicatur penes praecepta materialiter tantum distincta; sed sicut plura illa praecepta, quamvis physice distincta, moraliter unum & idem censentur, ita & plures malitiae inobedientiae, quae possent oriri ex illis pluribus praeceptis distinctivè sumptis, unam aliquam & eandem inobedientiam constituunt sive (ut clariùs dicam) praecepta subsequentia, etsi possent inducere malitiam inobedientiae, si non invenirent illam inductam; equidem quia jam inveniunt inductam, non inducunt novam, sed antiquam suo modo confirmant, & aliquo modo augent; sicuti, secundum Aliquos, species vini, quando sumuntur à Sacerdote, si non inveniunt gratiam productam, eam producunt; secus, si per species panis eam inveniunt productam.

Contra (inquis) praeceptum humanum superadditum divino, numquam reperit suam malitiam inobedientiae inductam, cum inobedientia contra Deum, specie differat ab inobedientia contra hominem; sicuti irreverentia contra Deum, specie differt ab irreverentia contra hominem.

Hinc Arriaga suprâ n. 19. (& est tertium ejus fundamentum) quod quis pluribus resistit, & plurium transgreditur mandata, plures videtur virtualiter contemnere, sive dicenda sit in eo peccato reperiri particularis inobedientia, sive solam communis (hoc enim pro praesenti quaestione per accidens est, & forrè ad quaestionem de nomine spectat) ergo duos contemnere, duas dicit malitias, & quidem diversas, juxta diversitatem praecipientium: ergo cum in hac Conclusione ponamus praecipientes specie diversos, & intendentes diversam seu majorem obligationem; debemus diversas malitias admittere in transgressione ejus praecepti. Hæc ille.

Sed in primis, non omnis major obligatio est specie diversa, ut patet in furto: nam major obligatio est non furandi 100. florenos quam 1. & tamen non idcirco obligatio specie di-

versa. Et verò, cur praecipientes specie diversi, non possint intendere obligationem specie eandem; immo numero eandem? Siquidem (ut priùs probavimus) obligatio non sumit speciem à causa efficiente seu à praecipiente, sed à termino, id est, re praecepta. Quis namque specie distinguit contractus vel obligationes contractuum penes contrahentes specie distinctos? Nonne Rex, vovens quidpiam Deo, aliam specie contrahit obligationem, quam homo privatus, vovens eandem rem?

Scio disparitatem esse, quòd Regia potestas sit impertinens ad obligationem voti, secus ad obligationem praecepti: sed quid tum? Omnis similitudo claudicat: hæc similia solum afferuntur, ut ostendatur actus agentium, quamvis non operentur ultra intentionem eorum, equidem ab agentibus non accipere speciem, sed à terminis seu objectis, & modo attingendi objecta.

Jam autem praeceptum humanum, prohibens, v. g. furtum, idem objectum, eodem modo attingit, quo praeceptum divinum: ergo præcisè ex eo, quòd unus Legislator sit divinus, & habeat potestatem legislativam omnino independentem, alius autem Legislator sit homo, qui non habet potestatem legislativam, nisi dependentem à Deo, & subordinatam potestati legislativæ divinæ, non rectè inferitur diversitas specifica praeceptorum, seu potius obligationum. Necessaria quidem est potestas legislativa, ut valeat lex & obliget; adeoque vim obligandi habet à praecipiente; sed quòd sit obligatio talis vel talis speciei, objectum efficit, minimè Legislator.

Enimverò suis principaliter intentus per legem, est bonum subditorum; non autem Legislator, vel ejus bonum. Ergo ad diversitatem specificam praeceptorum seu obligationum perparum facit diversitas specifica praecipientium: ideo enim in physicis actiones non specificantur ab agente, sed à termino; quia actio non respicit agens, nisi propter terminum, & in bonum termini; ipsum verò terminum respicit propter se. Supposito igitur, quòd bonum subditi resultans ex praecepto sit idem; nihil facit ad distinctionem specificam, quòd praecipientes sint distincti.

Ex quo etiam probatur unitas numerica: quia scilicet bonum, quod intenditur per illa duo praecepta, est unum & idem numero: est quippe idem numero actus qui per utramque legem praecipitur; qui sicut non habet nisi unam numero honestatem, ita quoque non nisi unam numero malitiam oppositam (ut superius insinuavi) nisi accedat formalis contemptus Legislatoris, qui indubiè distinctum peccatum est non solum numero, sed etiam specie; adeoque in Confessione explicandum.

E e e e Quan-

obligatio non sumit speciem ab efficiente, sed à termino.

212. Finis principalis legis est bonum subditi, non Legislatoris.

209. Quid si actus ex se sit malus, non tamen prohibitus?

210. Objecio.

Terminus fundamentum est Ania.

211. Respondeo.

213.
Contemp-
tus virtutis
non est
peccatum
diffinitum
à simplici
transgressi-
one.

Quantum ad contemptum virtualem (de quo supra Arriaga) ille non est peccatum distinctum à simplici transgressione præcepti: adeoque duos virtualiter contemnere, non magis dicit duas malitias, quam transgredi duorum præcepta. Si ergo transgressio illa non est duplex peccatum, quando eadem formaliter & materialiter res præcipitur; neque contemptus virtualis erit duplex peccatum. Unde argumentum illud Arriagæ videtur petere principium; hoc enim est, quod queritur, an virtualiter contemnere plures, sive (quod idem est) an transgredi præcepta plurium de eadem materia, ex eodem intrinseco motivo, dicat unicam, vel plures malitias? Igitur probatum oportuit, quod duos virtualiter contemnere, duas dicat malitias.

214.
Objectio.

Probatum (inquis) quia duos formaliter contemnere, dicit duas malitias numero vel specie, prout duo isti numero vel specie differunt: hinc irreverentia contra Deum specie differt ab irreverentia contra hominem; quia excellentia divina specie differt ab excellentia hominis.

Responsio
Lugonis,

Respondent Aliqui; discrimen esse inter obedientiam ex una parte, & Religionem ac justitiam ex altera, quod Religio & justitia respiciant directe bonum alienum: diversum autem quid est lædere Deum, ab hoc quod est lædere Sanctos. At obedientia respicit bonum proprium subditi. Indè fit, ut si res mandata est eadem, non debeat considerari diversitas imperantis, nisi illa sit infinita; ut est divina; quia ex infinita illa excellentia Dei præcipientis, resultat diversitas etiam ex parte ipsius termini: est enim multo magis conforme naturæ rationali, sinere se regi à Deo, infinite sapiente, sancto &c. quam à Superiore creato: ergo quando abest contemptus Superioris creati, nulla est ibi specialis, saltem gravis, malitia præter inobedientiam in Deum.

que multis
videtur satis
difficilis.

Hæc est doctrina Lugonis disp. 16. sect. 5. §. 2. quæ multis videtur satis difficilis; tum quia obedientia etiam est bonum Superioris (adeoque qui non obedit, aliquid aufert Superiori, moraliter illi debitum) tum quia non est semper necessarium, ut res illa, quæ præcipitur (excepta moralitate obediendi) sit in bonum subditi (ut patet, quando præcipitur res indifferens, vel res bona, alioquin molestissima subditis) tum quia omnes virtutes (etiam quæ sunt ad alium) intendunt formaliter bonum ejus, qui operatur, non ejus, ad quem sunt.

215.
Alia Res-
ponso Di-
castillonis.

Hinc Dicastillo disp. 9. n. 486. aliam excogitavit disparitatem, dicens: Est sufficiens disparitas inter reverentiam & irreverentiam ex una parte, & obedientiam & inobedientiam ex altera, quod titulus, cui proximè consonat reverentia, & cui dissonat irreverentia,

est excellentia, quæ relucet in persona excellenti, cui exhibetur reverentia aut irrogatur irreverentia: & cum excellentia divina & humana, quæ immediatè & proximè respiciuntur ab ea virtute & vitio, sint adeo diversi ordinis, non mirum, quòd utraque reverentia aut irreverentia differant essentialiter; quia specificantur per ordinem ad tam diversa objecta, & proximè respondent tam diversis titulis.

Titulus verò & ratio, cui proximè consonat aut dissonat inobedientia, non est immediatè superioritas, sed præceptum aut prohibitio, emanans ex ea superioritate; neque enim ex eo titulo, quòd Deus vel homo sit meus Superior, pecco & sum inobediens, si comedo carnes in die Veneris, aut omitto Sacrum in die Dominico (hic enim titulus remotus superioritatis, etiam perseverat in die Jovis, in quo non pecco) sed pecco & sum inobediens, si die Veneris non abstineo, aut non audio Sacrum die Dominico, ex titulo præcepti, eò quòd ille, qui est meus Superior, præcepto suo prohibuit unum actum, & præcepit alium: quando autem actus præcipitur aut prohibitus est idem, & finis præcepti vel prohibitionis, cæteraquæ circumstantiæ, sub quibus præcipitur, aut prohibetur, sunt eadem etiam si à pluribus Superioribus præcipiatur, & Superiores sint tam diversi, & titulus superioritatis diversæ speciei aut generis, adhuc præceptum ex illis proveniens est ejusdem speciei & cum in ordine ad præceptum debeat regulari obedientia & inobedientia, parum aut nihil refert diversus titulus superioritatis, tenentis se ex parte præcipientium, Hæcque Dicastillo.

Sed interrogo: cum præceptum essentialiter respiciat titulum superioritatis, ita ut hoc deficiente, & ipsum deficiat; & titulus superioritatis sit diversæ speciei aut generis; cur non itidem præceptum erit diversæ speciei aut generis? Sanè (ut superius notavi) hæc dubium, quin præceptum divinum subjective spectatum, sit diversæ speciei aut generis: est enim actus divinæ voluntatis, cum præceptum humanum sit actus voluntatis humanæ, qui actus procul dubio specie aut genere distinguuntur. Ergo cum in ordine ad præceptum debeat regulari obedientia & inobedientia, & præceptum divinum sit specie aut genere distinctum; etiam obedientia & inobedientia erit specie aut genere distincta.

Respondeo; obedientia & inobedientia regulari debet in ordine ad præceptum, non in esse physico consideratum, sed in esse morali, id est, secundum suam obligationem: porro obligatio (ut superius declaravimus) non distinguitur genere vel specie penes causam obligantem, sed penes terminum seu objectum. Hæc igitur disparitas Dicastillonis non est rejicienda.

Forè

217.
obediens
non est
peccatum
diffinitum
à simplici
transgressi-
one.

Forè nec differens rationem in obedientiam non cen Superioris, si desit facta que qui non obedi periori honorem ill peccatum esset inju & obligaret ad res rem, sicuti obligat cille credidero, cum restitutione faciend

Ad secundam ratio ipsi verbis sufficit di, quæ semper ade ex se indifferens; rilitatis res illa cedit stat, quòd res præcissima: nam rem nam, facere, v. g. magis cedit in bonu in majus bonum sul

Tertia ratio (quæ supra n. 485.) facit tutes; quæ sunt ad annexis) estò inter honestum ejus, qui D. Augustinum libi *Virtus est bona qualis* &c.) equidem respiciat alium; ut patet tribuit jus suum; in tum debitum Deo in observantia, quæ tam proximo ob extitudinem, quæ remuner & sic de aliis virtuti proximè tueantur vel etiam augeant

218.
Obiectio
Dicastillonis

quæ quis à Deo p non est peccatori b neta: ergo honestas non semper intendi

219.
Responso
Dicastillonis

Respondeo: J respicit emendation tum aliorum; quæ coërentur: quis ad dationem esse aliq verò intendit repa tionem; dum eni riam illatam, rest lætæ, eiq; aliqua utique satisfactio lætæ, ut omnes

220.
Alia Res-
ponso
Dicastillonis

Itaque justitia p nitur æternâ dam sit bona, utilis, ju men Deo, cui per tali medio moralit est utilis peccatori gentibus, qui ex

Forè nec differentia Lugonis; nam ad primam rationem in oppositum Respondeo: Inobedientia non censetur positiva inhonoratio Superioris, si desit formalis contemptus; adeoque qui non obedit, non auferit positiuè Superiori honorem illi debitum; alioquin omne peccatum esset injuria personalis strictè dicta, & obligaret ad restituendum debitum honorem, sicuti obligat contumelia; quod non facile credidero, cum nemo sollicitus sit de tali restitutione faciendâ Legillatori humano.

Ad secundam rationem patet responsio ex ipsis verbis: sufficit quippe moralitas obediendi, quæ semper adest, quando præcipitur res ex se indifferens; ratione namque illius moralitatis res illa cedit in bonum subditi. Nec obstat, quòd res præcepta aliquando sit molestissima: nam rem molestissimam, ex se bonam, facere, v. g. seruare castitatem, tantò magis cedit in bonum subditi, seu potius cedit in majus bonum subditi.

Tertia ratio (quam valde urget Dicastillo suprà n. 485.) facile soluitur dicendo; virtutes, quæ sunt ad alterum (ut iustitia cum annexis) estò intendunt formaliter bonum honestum ejus, qui operatur (nam secundum D. Augustinum lib. 2. de lib. Arbit. c. 18. Virtus est bona qualitas mentis, quâ rectè vivitur &c.) equidem respicere bonum commodum alienum; ut patet in iustitia, quæ unicuique tribuit jus suum: in Religione, quæ tribuit cultum debitum Deo ob infinitam excellentiam; in obseruantia, quæ intendit reverentiam debitam proximo ob excellentiam creatam; in gratitudine, quæ remunerat beneficium acceptum; & sic de aliis virtutibus, quæ ad hoc tendunt, ut proximù tueantur & conferant in bonis suis, vel etiam augeant ejus bonum commodum.

Objicit Dicastillo suprà: Iustitia punitiva, quâ quis à Deo punitur æternâ damnatione, non est peccatori bona, utilis, jucunda vel honesta: ergo honestas virtutis, quæ est ad alium, non semper intendit bonum illius.

Respondeo: Iustitia punitiva aliquando respicit emendationem tum illius, quem punit, tum aliorum, qui ejus exemplo ab injuria coërcentur: quis autem dubitet, illam emendationem esse aliquod bonum? Aliquando verò intendit reparationem injuriæ & satisfactionem; dum enim ille punitur propter injuriam illatam, restituitur ex parte honor partielæ, eiq; aliqua satisfactio adhibetur: quæ utique satisfactio est bonum aliquod partis læsæ, ut omnes admittere debent.

Itaque iustitia punitiva, quâ quis à Deo punitur æternâ damnatione, est peccatori non sit bona, utilis, jucunda vel honesta; est tamen Deo, cui per illam satisficit, & cujus honor tali medio moraliter reparatur, utilis: etiam est utilis peccatoribus, adhuc in hac vita degentibus, qui ex consideratione æternæ dam-

nationis sapissimè emendantur. Igitur etiam iustitia punitiva respicit bonum commodum alienum; simili modo, quo iustitia commutativa, Religio, obseruantia, gratitudo & similes virtutes.

Obedientiã verò (inquit Lugo suprà n. 252.) licet etiam sic virtus ad alium, scilicet ad Superiorem; sic tamen, ut magis intendat bonum subditi, quàm ipsius præcipientis; sicut enim præceptum ipsum debet ordinari ad bonum subditorum; ita & obedientia: datur quippe, ut homo juxta Superioris præscriptum bene & utiliter dirigatur, & se dirigat. Cum ergo finis principaliter & formaliter intentus non sit Superior aut ejus bonum, sed bonum subditi; hinc est, quòd ad diversitatem specificam præceptorum; parùm interfit diversitas præcipientium.

Idem ante Eminentissimum docuit Lessius de Justitia & Jure l. 2. c. 46. n. 26. ibi: Verius videtur, virtutem obediendi, quâ obeditur præcepto divino, & quâ humano, non esse specie distinctam, sed ejusdem rationis. Quod indicat D. Bernardus tract. de Præcept. & Dispens. circa principium: *Sive Deus* (inquit) *sive homo Vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum est curâ, pari reverentiâ deferendum, ubi tamen Deo contraria non præcipit homo.* Ratio est: quia obedientiæ non est operari in commodum aut honorem Superioris, sicut facit Religio (tunc enim deberet considerare divinitatem auctoritatis, & cuique congrua deferre) sed operari in commodum proprium propter obligationem præcepti, sufficienti auctoritate impositam. Itaque respicit auctoritatem Superioris, non ut est tanta vel tanta, sed ut est sufficiens ad obligandum per præceptum: gravitas enim præcepti & obligationis in obedientiæ functionibus non sequitur magnitudinem potestatis, sed materiæ præceptæ.

Cujus ratio ulterior est; quòd in omni potestate imperandi quodammodò includatur potestas divina, à qua illa descendit, & omnem vim obligandi accipit: & in omni præcepto humano (loquor de justo & legitima auctoritate factò) includitur præceptum divinum, quo præcipit Deus, ut subditi suis legitimis Superioribus obtemperent; quod præceptum est juris divini naturalis. Est enim non teneamur jure divino ad ea, quæ sunt juris humani, si per se considerentur, seu in sensu diviso; tamen supposito præcepto vel jure humano, tenemur ad ea jure divino in sensu composito, hoc est, si considerentur, ut præcepto humano subsistant: quia jure divino jubemur implere justum Superioris præceptum, & consequenter ipsum opus materiale, quod ipse præcepit.

Itaque numquam obediunt præcepto humano; quin simul implicite obediunt præcepto

E e e e e a c e p t o

217. Obedientiã magis intendit bonum subditi quàm Præcipientis. Lugo

219. Obedientiã magis intendit bonum subditi quàm Præcipientis. Lugo

Lessius

220. Potestas divina in omni Supp. zioni quodammodò reperitur

218. Objicit Dicastillo suprà: Iustitia punitiva, quâ quis à Deo punitur æternâ damnatione, non est peccatori bona, utilis, jucunda vel honesta: ergo honestas virtutis, quæ est ad alium, non semper intendit bonum illius.

Respondeo: Iustitia punitiva aliquando respicit emendationem tum illius, quem punit, tum aliorum, qui ejus exemplo ab injuria coërcentur: quis autem dubitet, illam emendationem esse aliquod bonum? Aliquando verò intendit reparationem injuriæ & satisfactionem; dum enim ille punitur propter injuriam illatam, restituitur ex parte honor partielæ, eiq; aliqua satisfactio adhibetur: quæ utique satisfactio est bonum aliquod partis læsæ, ut omnes admittere debent.

Itaque iustitia punitiva, quâ quis à Deo punitur æternâ damnatione, est peccatori non sit bona, utilis, jucunda vel honesta; est tamen Deo, cui per illam satisficit, & cujus honor tali medio moraliter reparatur, utilis: etiam est utilis peccatoribus, adhuc in hac vita degentibus, qui ex consideratione æternæ dam-

Forè

cepto divino; & numquam violamus præceptum humanum, quin simul violemus præceptum divinum. Unde non minus violatur auctoritas divina in transgressione præcepti humani, quam in transgressione divini, cum in humano divinum sit inclusum. Confirmatur: quia omnis potestas obligandi in præcepto humano est ex vi præcepti divini. Quare non est, quod diversas obedientiæ species pro diversitate potestatum constituamus. Hactenus Lessius.

Et post pauca: Illa diversitas potestatis habet se per acciendens ad obedientiam. rationi illius extrinseca; quia obedientia in opere suo non spectat, ut cuique potestati pro sua dignitate satisfaciatur, quasi honorem deferendo (hoc enim pertinet ad observantiam & Religionem) sed ut præceptum Superioris impleatur, etiam in suum commodum, præsciendendo à magnitudine potestatis, à qua hoc præceptum est impositum. Hæc ille, planè conformiter iis, quæ hæcenus diximus pro veritate nostræ Conclusionis.

Itaque propter rationes supra allegatas, non est rejicienda disparitas Lugonis inter reverentiam & irreverentiam ex una parte, & obedientiam & inobedientiam ex altera. Neque adeo displicet; immo omnibus placere debet, ex divina excellentia resultare specialem quamdam malitiam in actu, Lege divina prohibito, quæ non invenitur in actu solum prohibito per legem humanam, si talis actus dari possit; nam de facto saltem, omnis actus prohibitus per legem humanam, remotè & radicaliter etiam est prohibitus per legem divinam, ut supra docet Lessius, & luculenter constat ex illis verbis Apostoli Rom. 13. v. 1. & 2. *Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo; quæ autem sunt, à Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.*

Quæris, quæ sit ista malitia, quæ resultat ex excellentia divina seu præcepto divino? Respondeo: malitia peccati mortalis Theologici. Et quæ illa? Dignitas odii Dei & æternæ damnationis. Ideoque multò magis conforme est naturæ rationali, finire se regi à Deo infinite sapiente, sancto & c. qui solus potest animam & corpus perdere in gehennam, quam à Superiore creato, qui nisi esset minister Dei, & potestatem haberet à Deo; quantumcumque præciperet, transgressio præcepti ejus non haberet illam malitiam, quam de facto habet ex præcepto divino, quo voluit ut omnis anima subdita sit potestatibus sublimioribus.

Hinc non assentior Scilderio in Synopsi de Sacramentis §. 62. ubi in principio docet: Præceptum duplex naturæ & positivum, uno actu violatum, licet utrumque actionem eandem, v. g. furtivam, ex eodem motivo, v. g. justitiæ prohibeat; à fure distinctè exponen-

dum est. Et in progressu ejusdem §. sic ait: Una tantum est malitia, si præcepta plura data sint à pluribus, quorum unusquisque imperandi ab altero accipit, ut Rege & Præatore, Papæ & Episcopo: sicut enim Rex duplici suo rei unius mandato duplicem obligationem non inducit; sic nec inducit uno per se, & altero per Præatorem dato. Hæc ille.

Huic (inquam) doctrinæ non assentior, sed sic arguuntur: sicut Deus duplici suo rei unius mandato, v. g. *Non furtum facies*, duplicem obligationem non inducit; sic nec inducit uno per se, & altero per Ecclesiam vel Rempublicam civilem dato, cum Ecclesia vel Respublica non minus habeat suam potestatem à Deo, quam Præator à Rege: sicut enim Præator minister est Regis, vindex in iram ei, qui malum agit; ita quoque Ecclesia vel Respublica, *Dei minister est*, teste Apostolo supra v. 4. *Vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo* (attexit v. 5.) *necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Ergo & in his, quæ conscientiam spectant, id est, in legibus moralibus, quæ obligant conscientiam subditorum sub peccato mortali vel veniali, potestates sublimiores, id est, Reges & Principes tam Ecclesiastici, quam civiles, sunt ministri seu Prætores Dei.

Dices: Furto v. g. aliquando annexitur Excommunicatio, quæ non incurritur propter violationem solum præcepti divini; requiritur namque contumacia & inobedientia contra Ecclesiam: ergo per præceptum Ecclesiæ inducitur nova obligatio.

Respondeo primò N. C. quia illa contumacia & inobedientia contra Ecclesiam in hoc præcisè consistit, quòd quis, sciens penam illam annexam tali peccato contra legem naturalem, velit nihilominus illam transgredi. Igitur non vult Ecclesia per suam legem multiplicare obligationes ad actum, cum una obligatio plenè sufficiat ad bonum subditorum, & ad incurrendam talem penam; sed solum vult imponere novam obligationem ad hujusmodi penam, quæ prius non erat imposita. Unico verbo, est lex solum pœnalis.

Respondeo secundò; ad summum inde probari majorem aliquam obligationem, non autem specie vel numero distinctam; siquidem potest augeri gravitas peccati, licet nec species mutetur, nec numerus augeatur, ut patet in circumstantiis solum aggravantibus.

An autem hæc circumstantia sit notabiliter aggravans, si à me quærat. Respondeo: Probabilis videtur Aliquorum doctrina, non teneri pœnitentem explicare in Confessione circumstantiam Excommunicationis annexæ peccato, nisi propter Absolutionem à censura, quæ præcedere debet Absolutionem à peccatis: alioquin si pœnitens jam absolutus est extra Sacramentum, non apparet ratio, quare

diversitas potestatis habet se per acciendens ad obedientiam.

221. Ex divina excellentia resultat specialis malitia in actu lege divina prohibito.

Rom. 13.

222. Sententia Scilderii.

debeat illius nihil apparet, uno do, incurtus Exco

Dico: Per se loquis per acciendens dam, v. g. si sit ministrare Sacramentum impeditur per Excommunicationem pro gregi suo provide

Ut igitur sine veritas, & ad al obligationes non cessitate, & in libertate conscientiarum multiplicatio eodem motivo p specie nec numero in diversa materia ximo & intrinseco

CONC

Non committitur, qui Ecclesia in Vigiliis & rum vel unum diem frangens j voto, est temperant men, fra Quadragesimater. Sed sus potest cato con Prælati.

225. Propositio effectiva circa præsentem causam.

Hæc Conclusio singulari indiget Incipio autem à p veritate præcedentur difficultatem tur ab Ecclesia ex per illud colatur jejuniis autem Quadragesimæ ex committit duplici duo jejunia, incidem argumentur ceptis audiendi M quod incidit in d

debeat illius meminisse in Confessione; quia nihil apparet, unde prohibeatur, per se loquendo, incurfus Excommunicationis.

Dico: Per se loquendo; quia fieri potest, ut quis per accidens teneatur ad illam præcavendam, v. g. si sit Parochus obligatus celebrare, ministrare Sacramenta &c. à quibus officiis impeditur per Excommunicationem: ergo ratione hujusmodi obligationis tenetur Excommunicationem præcavere, nisi aliter possit gregi suo providere.

Ut igitur finem imponamus huic controversiæ, & ad alios casus procedamus; cum obligationes non sint multiplicandæ sine necessitate, & in dubio juris standum sit pro libertate conscientiæ; iterum assero, præceptorum multiplicationem in eadem materia; ex eodem motivo proximo & intrinseco, nec specie nec numero multiplicare peccata; secus in diversa materia, vel ex diverso motivo proximo & intrinseco. Ex quo infero:

CONCLUSIO XII.

Non committit duplex peccatum, qui violat duo jejunia ab Ecclesia indicta, v. g. jejunium Vigiliæ & Quatuor Temporum vel Quadragesimæ, in unum diem incidentia: neque frangens jejunium debitum ex voto, estò vovisset ex motivo temperantiæ. Franciscanus tamen, frangens jejunium in Quadragesima, peccat dupliciter. Sed & quilibet Religiosus potest peccare duplici peccato contra præceptum sui Prælati.

Hæc Conclusio plures habet partes, quæ singulæ indigent singulari explicatione. Incipio autem à prima, quæ, etiam suppositâ veritate præcedentis Conclusionis, hanc patitur difficultatem: Jejunium Vigiliæ præcipitur ab Ecclesia ex motivo Religionis, v. g. ut per illum colatur Sanctus, cujus est Vigilia; jejunium autem Quatuor Temporum vel Quadragesimæ ex motivo temperantiæ: ergo committit duplex peccatum, qui violat illa duo jejunia, incidentia in eundem diem. Et idem argumentum fieri potest de duobus præceptis audiendi Missam, quando Festum ali- quod incidit in diem Dominicam: nam præ-

cipitur auditio Missæ die Dominicâ in honorem Dei, adeoque ex motivo Religionis; præcipitur autem in die Festo ex motivo Dulciæ, id est, in honorem Sancti: ergo ex diversis virtutibus. Ergo ommissio Missæ habet duplicem malitiam, sicuti auditio duplicem bonitatem.

Deinde objicitur: Præcepta illa inducunt distinctas obligationes, si incidant in tempora distincta; ergo etiam si incidant in unum & idem tempus. Probatur Consequentia: quia tempus videtur esse impertinens ad inducendam, vel non inducendam distinctam obligationem.

Respondeo ad ultimum N. C. & ejus probationem: nam dum incidunt illa præcepta in diversum tempus, præcipiunt diversos actus; & per consequens, omittens illos plures actus, peccat saltem peccatis numero distinctis; veluti si hodie & cras transgredior præceptum, prohibens homicidium. At verò quando incidunt in eandem diem, non præcipiunt nisi unum actum; ac proinde non videtur, omittens illum actum dupliciter peccare.

Quemadmodum si aliquis voverit legere Rosarium, quod habet in manibus, tribus distinctis diebus; si omittat legere, peccat triplici peccato: sin autem tertio voveat istud Rosarium legere hoc die, non peccat nisi semel, quamvis sit triplex votum; quia scilicet est tantum unica ommissio voti, quæ non videtur constituere nisi unicum peccatum.

Dices: Estò hoc verum sit, quando duplex jejunium incidit in eandem diem, quia non potest nisi semel uno die jejunare; equidem quando duplex præceptum audiendi Missam, incidit in eandem diem, postea duas audire Missas: cur ergo non obligatur?

Respondeo: quia sensus communis fidelium, sciens & non contradicente Ecclesiâ, sic interpretatur illa duo præcepta, ut unicâ auditione Missæ possit ipsis satisfacere: quæ unica auditio sicut non habet meritum, nisi unius actus virtutis; ita ommissio ejus non debet habere demeritum, nisi unius actus peccati.

Hinc ad primum argumentum, Respondeo: Jejunium vigiliæ alicujus Sancti non præcipitur, ut immediatè per illud aut Deum aut Sanctum colamus sed ut per istud animum præparemus, & aptiorem ad cultum Dei aut Sancti reddamus. Cultus igitur Dei aut Sancti, est finis seu motivum planè extrinsecum & remotum, à quo non desumitur diversitas specifica vel numerica alicujus actus: est quippe finis Legislatoris, qui non cadit sub legem (ut habet commune dictum) ergo per illum lex non diversificatur specie vel numero.

Quæris, quis sit finis seu motivum intrinsecum & proximum utriusque jejunii? Respondeo: exercitium temperantiæ; tanquam

E e e e 3 con-

Secunda difficultas

226. Respondetur ad 2.

227. Instantia.

Solvitur.

228. Responsio ad 1. arg. 1. diffici.